



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

CCCLXXXI. Noverca torta filiam consciam dicens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12889

CCCLXXXI.

Noverca torta filiam consciam dicens.

VENEFICA TORQUEATUR, DONEC CONSCIOS INDICET.
 Quidam filio superduxit novercam, & ex illa aliam filiam suscepit.
 Amisso filio, ambiguis signis, uxorem ream fecit: confessa illa in
 tormentis communem filiam consciam dixit. Adest filiae pater.

DECLAMATIO.

UT sciatis, iudices, nocentes tantum à me veneficii
 reos fieri, & hanc non immerito præteritam, ¹ pro-
 fert à sinu nutricis ream. Non peccant hi anni, ne in no-
 vercis quidem: Parvulæ serpentes non nocent: feræ etiam
 mansuescunt. Persona, virgo est: causa, soror: quam
 valde à fratre dilecta est? quemadmodum mortuum flevit?
² Sed mater, inquit, consciam habuit. Primum sceleratis
 naturale est, alienam conscientiam fugere: deinde si quæ-
 rant, adjuutores quærere. Quod autem adiutorium in puel-
 la esse potuit? emit venenum, an confecit, ut fratri daret?
 Quid? ipsa privigno non potuit dare?

SERMO.

*Hic verba matris, appellantis filiam: illius, expavescentis ti-
 morem.*

DECLAMATIO.

Ego certe interrogavi: quid est, inquit, venenum? Cur
 ergo dixit consciam? ut me orbaret. Nihil dulcius est ultio-
 ne, læsæ. Et prorsus non frustra hoc cogitavit: certe si
 non aliud, iudicio patrem torquet.

CCCLXXXII.

¹ Profert à sinu.] Vet. cod. proferre à
 sinu. Pithœus. Profert à sinu nutricis
 ream.] Lege: profero. Gronovius.

² Sed mater, inquit, consciam habuit.]
 Corrige: Sed mater inquit: consciam ha-
 buit. Idem.